FLORA.

66. Jahrgang.

No. 2. **Regensburg, 11. Januar** **1883.**

Inhalt. Dr. J. Müller: Lichenologische Beiträge. XVII. — Dr. Carl Kraus: Untersuchungen über den Säftedruck der Pflanzen. (Fortsetzung.)

Lichenologische Beiträge von Dr. J. Müller.

XVII.

549. *Sphaerophoron australe* Laur. in Linnaea 1827 p. 45, f. *insigne; Sph. insigne* Laur. l. c. p. 45, quod idem ac *Sph. ceranoides* Hamp., a planta genuina speciei non differt nisi podetiis plus minusve perspicue rugosis et e margine apotheciorum prolifero-ramuligeris, ramulis his semel v. pluries dichotome ramillosis. — Cum forma normali in iisdem caespitibus crescit. — In Nova Hollandia ad Scalers Cove: F. v. Mueller (ex hb. Hamp.), ad Moë in territorio Gippsland: Webb, nec non et quidem pulchre in Nova Granata prope Aguas Thermales ad Rio Claro: Wallis.

550. *Cladonia capitellata* Babingt. New Zeal. p. 32 t. 130 fig. B; *Cenomyce capitellata* (lapsu *C. capillata*) Tayl. Lich. Antarct. n. 122, ex Babingt. l. c. Planta formam humiliorem et tenellam eximie simulat *Cl. amaurocraeae* aut varietatis *oxyceratis Cladoniae stellatae*, sed basi parce foliolosa est. Podetia transversim secta intus annulum crassum densissime cellulosum subcartilagineum et extus tenuiorem laxiorem aëri- et gonidiophorum ostendunt et hac ratione cum *Cladonia* (*Cladina* Nyl. et

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03547-0019-7

Cladonia Nyl.), non autem cum *Cladia* ejusdem auct. conveniunt. Caeterum gracilenta (in icon. l. c. nimis validiuscula) et stricte v. substricte superne dichotome ramosa sunt, aut altius hinc inde rudimentarie cyphoso-dilatata et ex his cyphis apertis subverticillatim sunt ramuligera; ramilli ultimi apice tantum infuscati et fusco- 1—4-apiculati. Podetia simpliciter dichotoma undique clausa, sed cyphelli spurii eorundem speciminum aperti sunt. — Terricola ad Ovens River: M'Cann, et ad King Georges Sound: Astrolabe n. 195.

551. *Cladonia furcata* v. *virgulata* Müll. Arg. Podetia vix pollicaria, laxe caespitosa, tenuia, e basi erecta et parce foliosa decumbentia, basi $^3/_4$—$^4/_5$ mm. crassa, a medio repetito- 2—3-chotome virgato-divisa, inferne more *Cladoniae pungentis* corticata et albida; rami nudi, tenelli $^1/_6$—$^1/_4$ mm. crassi, pro majore parte distanter gleboso-corticati et quasi maculati v. hinc inde omnino decorticati; glebulae corticales ramorum fuscescentes. Apothecia ignota; spermogonia fusco-nigra, exigua. Cyphorum vestigia nulla adsunt et axillae omnes clausae sunt. — Hic verisimiliter pertinet *Cladonia fruticulosa* Krplh. Neuer Beitr. Flecht. Austr. p. 3, quae ut reliquae novae hujus generis, l. c. omnino insufficienter descripta fuit. — Ad pedem montis Dromedary Australia: Reader.

— — v. *notabilis* Müll. Arg. Podetia mediocria, erecta v. subarcuato-decumbentia, inferne dense maculari- v. subcontinuo-corticata, superne albo-granuloso-farinacea v. farinoso-asperatula et subrecurvatim cornuto-ramosa, caeterum undique praeter ramos farinosos turgidulos macrophyllina; foliola baseos 4—6 mm. longa, subpinnatifido-divisa, lobi ultimi crenati, subtus albi, podetiorum paullo breviora, superiora gradatim minora et tenuius divisa, lobi granuloso-lobulati v. summa confertim granuloso-dissecta; apothecia non visa. — Ob magnitudinem foliorum *Cladoniam Dillenianam* in mentem revocat, sed folia non adeo anguste laciniata sunt. Est macrophylla et superne simul minute granuloso-pulveracea. Habitu etiam ad *Cl. ochrochlorae* var. *phyllostratam* Flk. accedit, sed nullum vestigium cyphorum offert. — Crescit prope Cape Otway in Australiae territorio Gippsland: Lucas.

552. *Cladonia lepidula* Krplh. Neuer Beitr. Lich. Austr. p. 3 n. 20, proxime affinis est *Cl. Santensi* Tuck. Podetia simplicia, $^1/_4$—$^1/_2$-pollicaria, apice fructigero haud dilatata, sc. nullomodo cyphigera, undique clausa, fertilia apice apothecia parva aggre-

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03547-0020-8

gata gerentia, sterilia subulata et superne decorticata. Inter granula thalli etiam foliola parva oblongata crenata occurrunt. — Ad truncos putridos secus Ovens River Australiae: M'Cann, et prope Illawarra: Kirton.

— — v. *foliolosa* Müll. Arg., thalli foliola indivisa aut bipartita, ad margines leviter paucicrenata; podetia tota longitudine foliolis angustis lobiformibus subcrenatis sparsis ornata et insuper granoso-aspera et ex parte nuda. — Ad Twofold Bay Australiae: White.

553. *Cladonia squamosula* Müll. Arg. Thalli foliola cinerascentia, subtus alba, ambitu lata, profunde subpalmatim 3—5-partita, laciniae eleganter pluries crenato-incisae; podetia vix semipollicaria, simplicia, erecta, $^3/_4$ mm· crassa, fertilia undique aequilata, sub fructu haud dilatata, raro superne breviter bifida, semper undique clausa, undique pro parte decorticata et usque ad apicem foliigera nec non partim granuloso aspera, sterilia simplicia, subulato-acuminata et pulverulenta, foliola inferiora sat ampla et copiosa, retrorsum spectantia et thallinis subconformia aut paullo minora, superiora gradatim minora; apothecia peltatim insidentia, madefacte pallida fusca, plus minusve syncarpica. — Proxime affinis *Cl. lepidulae*, sed multo minus rigidula, pallidior et foliola omnino alia. — Prima fronte quasi formam macrophylinam simulat *Cladonia delicatae*, sed podetia sterilia subulata (similia iis *Cl. fimbriatae* v. *tenellae*) superne albida semper clausa, aliam affinitatem indigitant. — Ad truncos putridos prope Toowoomba in Australiae prov. Queensland: Hartmann.

554. *Usnea dasypogoides* Nyl. ap. Crombie Lich. Rodrig. p. 263 f. *torulosa*; rami et ramuli minus longe filiiormi-acuminati, firmiores, superne confertim sorediis tuberculiformibus dein pulveraceo-efflorescentibus toruloso-inaequales; rami caeterum fere laevigati, inferne laeves. — Corticola in Australiae monte Kosciusko: Findley. — Species ipsa statura, directione partium et copia fibrillarum tenuium eximie ludit, sed minus elongata et minus valida est quam *U. straminea* Müll. Arg., et rami ramulique superne semper plus minusve farinulento-asperuli. In Australia latissime distributa et communis est. Apothecia demum magna sunt, sed rarius occurrunt.

— — v. *elegans; Usnea elegans* Stirt. Add. ad Lich. Flora of Queensland p. 3, rigida, parce ramosa v. simplex, densissime fibrillosa. — Erga *U. dasypogoidem* se habet ut *U. barbata* v.

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03547-0021-4

strigosa erga formam normalem suae speciei. — Ad Twofold Bay Australiae: White.

— — v. *microcarpoides*; rami longiores quam in v. *elegante*, subimplexi, basin versus crabre et tenuissime fibrillosi et paullo papillosi et hinc inde subfarinoso-exasperati; apothecia parva, lacteo-alba, breviter ciliata. — Corticola ad Twofold Bay: White, et ad Clarence River Australiae: Wilcox.

— — v. *substrigosa;* gracilis, rami parce divisi, fere tota longitudine ramillis creberrimis 3—5 mm. longis simplicibus v. inferne fibrilligeris ornati et insuper minute papillosi et tota nonnihil magis cinerascenti-flavicans. — Ad ligna emortua secus Clarence River Australiae: James Wilcox.

555. *Ramalina lacerata* Müll. Arg. Thallus circ. pollicem altus, caespitose crescens, stramineo-pallidus; laciniae compressae, altero latere valde concavo-canaliculatae, utrinque valide costato-inaequales v. scrobiculato-nervosae, superficie caeterum laeves et nitidulae, sat tenues, nonnihil translucentes et hinc inde perforatae, modice subfurcatim divisae, ad axillas saepe late dilatatae, ad margines breviuscule lacero-ramulosae, ramuli ipsi lineari-lacerati; soredia nulla; apothecia terminalia aut subtus apice ramuli rugulosi deflexi appendiculata, obconica, discus planus, albido-glaucus, margo prominens; sporae 13—16 μ longae, 5—6$^1/_2$ μ latae, rectae, fusiformi-ellipsoideae. — Ex affinitate *R. graecae* et *R. Panizzei*, sed magis canaliculata et peculiariter lacerata. — Corticola ad Eucla in parte austro-orientali provinciae West Australia: J. Oliver.

556. *Ramalina myrioclada* Müll. Arg. Thallus circ. decimetralis, stramineus; laciniae inferne ramosae et nudae, dein tota longitudine ramulis copiosis subperpendicularibus et squarroso-ramulosis valde tenellis ad rigidulis $^1/_2$—10 mm. longis valde inaequalibus et intermixtis concoloribus sorediello-asperatis ornatae, basi circ. 1 mm. latae, anguloso-teretes et laeves, tenuissime et subobsolete longitrorsum striolatae, undique concolores v. superne hinc inde nigratae; apothecia in parte inferiore laciniarum primariarum lateralia, visa (duo tantum) 1 mm. lata, integre marginata, margo rosellus, crassus, prominens; sporae in ascis octonae, late fusiformes v. ellipsoideae, rectae, 12—16 μ longae, 5—7 μ latae. — Prope *R. dendriscoidem* et *R. australiensem* Nyl. locanda, habitu eximie distincta. Spermogonia in specimine desunt, verisimiliter atra. — Corticola ad Twofold Bay in Australiae prov. New South Wales: T. White.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03547-0022-0

557. *Ramalina leiodea* Nyl. v. *fastigiatula* Müll. Arg.; humilis, 1—2 cm. alta, more *R. fraxineae* v. *fastigiatae* ramosa et fructigera, sed tota tenuior, longe minus rigida et laevis et sporae tenues, modice arcuatae, 14 μ longae, 4—4½ μ latae. — Crescit ramulicola in Australiae montibus Grampians: Sullivan n. 14.

558. *Ramalina farinacea* v. *dendroides* Müll. Arg., laciniae laxe erecto-caespitosae, circ. bipollicares, superne copiose dendroideo-ramosae, rami pro parte dichotomi, ramuli divergentes, subteretes, tenuissimi, rigidule divergentes et obsolete nodulosi. — Partes superiores tenuitate et rigiditate et sorediis fere omnino *R. dendriscoidem* Nyl. referunt, sed tota planta (sterilis tantum nota) caeterum ad *R. farinaceam* pertinet, sc. laciniae magis primariae compressae et paullo canaliculatae et soredia marginalia oblongata. — Corticola in Ash Island (in Hunter River) Astraliae: E. Forde.

— — v. *squarrosa*, minor, dense caespitosa, minus dendroideo-ramosa, laciniae ultimae caeterum similiter subteretes, magis intricatim squarroso-ramuligerae, rigidulae at valde angustae, subtorulosae et more *R. dendriscoidis* sorediosae. — Corticola ad Rockhampton in Australiae prov. Queensland: Mad. Thozet.

— — v. *nervulosa*, thalli laciniae vulgo elongatae, parce ramosae basi tantum ⅔—1 mm. latae, quam vulgo minus virenti-pallidae, cum ramulis elongatis et valde angustis nitidulae et superne saltem longitrorsum tenuiter v. obsolete translucenti-venulosae, ad latera oblongato-sorediosa. — Primo intuitu pro forma elongata europaeae *R. scopulorum* v. *subfarinaceae* Nyl. habenda, sed plantae sunt minus rigidae et soredia magis oblongata, i. e. distincte illa *R. farinaceae*. — Corticola in Norfolk Island: Dr. Woolls, ad Daintree River Australiae orientalis: Pentzke, in insula Taïti: Jardin, in insulis Marianis: Gaudichaud, et in India orientali ad Kiragulapatam: J. Campbell.

559. *Nephromium tropicum* Müll. Arg. Thallus supra plumbeo-pallens, laevis, subtus albidus et brevissime tomentellus v. marginem versus subnudus, tenuis, ad margines laciniarum digitato-lacinulatus; apothecia 5—6 mm. lata, rufo-fusca, dorso scrobiculato-rugulosa et obsolete verruculosa, margo receptacularis exsertus, lacero- v. microphyllino-lobulatus; sporae in ascis octonae, 20—24 μ longae, 5½—6 μ latae, 4-loculares, mox fulvescentes. Ad *N. plumbeum* Nyl. habitu et tenuitate thalli accedit, sed margo apotheciorum non integer. *N. Lyellii* gaudet

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03547-0023-6

apotheciis majoribus, laete testaceo-rufis et thallo aliter colorato. Caeterum idem est ac *N. tomentosum* v. *helveticum* Auct. e regionibus tropicis, sed a planta helvetica vera hujus nominis differt gracilitate partium et thallo subtus non rigidule et dense tomentoso et marginibus peculiariter lacinuligeris. — Corticolum prope Toowoomba in Queensland: Hartmann, in Ceylonia: Thwaites, in Borbonia: Lepervanche-Mézières, in insulis Sandwich: Mann.

560. *Peltigera polydactyla* Hoffm. v. *conjungens* Müll. Arg. Thallus supra parcius v. crebrius impresso-inaequalis, subtus medio copiose rhizinosus, marginem versus reti sat copioso fusco aut atro-fusco imo margine expallente ornatus. — Haec supra *Peltigeram dolichorrhizam* Nyl. in Flora 1874 p. 71 refert, pagina infera autem eadem est ac in planta normali europaea *P. polydactylae*. *P. dolichorriza* Nyl. dein, cujus rhizinae numero et longitudine valde ludunt, non amplius specifice distincta servari potest. Sit ergo iterum *P. polydactyla* v. *dolichorrhiza*, pro qua ipsissimus Nyl. eam antea (Syn. p. 327) habuit. — Crescit var. *conjungens* in Australia orientali ad Toowoomba: Hartmann, et ad Ovens River: M'Cann, nec non in insula Java: Junghuhn.

Varietatem insignem javanicam, *P. polydactylam* v. *melanolomam* Nyl. Syn. p. 327, subtus fere undique crasse subnigropannosam etiam e Brasilia prope Apiahy a cl. Puiggari lectam accepi.

561. *Stictina cinnamomea; Sticta cinnamomea* Rich. Flor. Nov. Zel. p. 28 t. 8 f. 3; Babingt. Lich. New Zeal. p. 15; *Stictina fragillima* v. *dissimilis* Nyl. Syn. p. 336, a *Stictina fragillima* vix nisi in eo differt quod laciniae rigidiores, ambitu latiores, 2—4-plo latiores, confertius divisae, margine magis crispae et supra subplanae aut late concavae, nec canaliculatae, nec subtus inferne (praesertim medio) incrassato-costatae. Laciniae in omnibus speciminibus quae coram habeo, plus minusve lacero- v. dissecto-microphyllinae sunt ut in *St. fragillimae* v. *dissecta*. — Copiose in territorio Gippsland Australiae: French, Webb, ad Illawarra: Kirton, et in Tasmania et Nova Zelandia.

562. *Stictina fragillima* Nyl. [exclus. v. *dissimili*] v. *dissecta* Müll. Arg., laciniae ut in forma genuina speciei supra canaliculato-concavae, subtus inferne praesertim costato-incrassatae, ad margines autem hinc inde lacerato-microphyllinae. — In

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03547-0024-2

Norfolk Island: Dr. Woolls, et in Australia austro-orientali ad Illawarra: Kirton.

— — v. *glaberrima; Sticta fragillima* v. *glaberrima* Bab. Lich. New Zeal. p. 15, est tenuior, laciniae minus canaliculato-concavae v. omnino planae, subtus fere omnino glabrae. An nil nisi planta valde juvenilis? Sterilis tantum nota. — In Nova Zelandia: Mossm. (comm. ill. Babingt.).

563. *Sticta Camarae* Müll. Arg. L. B. n. 402, sine apotheciis descripta, habet apothecia marginalia, subsimilia iis *Stictae damaecornis*, parva, integre marginata, sporas 20—28 μ longas, 7 μ latas, 1-septatas, hyalinas, mox autem olivaceo-fuscescentes. — Fructigera ad Toowoomba in Queensland Australiae lecta: Hartmann.

564. *Sticta flavissima* Müll. Arg. Thallus parvulus, subpollicaris, tenuis, sed firmus, laciniato-divisus, laciniae ambitu elongatae, parce pennatifidae, margine crenulatae et in parte centrali nonnihil microphyllino-lobulatae, pallide fuscescenti-glaucae v. argillaceo-glaucae, laeves et nudae, intus intense flavae, subtus flavae et breviter et pallide tomentellae; pseudocyphellae emergentes, apice impressae et flavae; gonidia globosa; apothecia marginalia, subpodicellata, $2^1/_2$—3 mm. lata, discus fuscus, nudus, margo subcerino-pallidus, minute verruculoso-crenatus, receptaculum extus minute verruculoso-asperum, caeterum nudum; sporae in ascis octonae, valde angustae, 60—70 μ longae, $3^1/_2$—4 μ latae, 3—5-septatae, hyalinae, dein fuscidulae. — Subsimilis *St. auratae* f. *angustatae* v. potius formis exiguis *St. Urvillei* v. *flavicantis*, sed sporis statim absolute diversa. Juxta *St. rubrinam* v. *Parmostictam rubrinam* Stirt. Add. Queensl. p. 4 locanda est. — Corticola prope Toowoomba in Queensland Australiae: Hartmann.

565. *Sticta Freycinetii* Del. v. *glabrescens* Müll. Arg., pagina infera laciniarum vulgo graciliorum pro magna parte v. fere undique spurie glabrata, versus marginem tamen crebre v. obsolete tomentella et saepe praeter pseudocyphellas nigrata. — *Sticta glabra* Hook. & Tayl. Lich. Antarct. in Lond. Journ. of Bot. 1844 p. 647 n. 84 (exclus. specim. tasmanicis) hujus loci est. Status satis fallax, prima fronte speciem legitime distinctam simulans, sed specimina occurrunt nexum demonstrantia, ubi in eadem lacinia hinc lata plaga fere omnino nuda, illic densiore tomento tecta observari potest. — In ins. Aukland et Campbells Island: specim. ill. J. D. Hook., in Nova Zelandia: Lyall.

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03547-0025-7

— — v. *prolifera* Müll. Arg., laciniae firmae, quoad formam ut in planta genuina speciei, secus margines autem, praesertim in parte subcentrali speciminum et subinde juxta reliquos margines sat copiose isidioso-multilobulatae ut in *Sticta prolificante* Nyl., subtus medio tomento denso pannoso atro-fusco, marginem versus rarescente, vestitae. — Hic (ex specim. Babingt.) pertinet pars subtus tomentosa *Stictae Freycinetii β Deliseae* Babingt. Lich. of New Zeal. p. 17, nec non *Sticta glabra* Hook. et Tayl. in Lond. Journ. of Bot. 1844 p. 647 quoad specim. e Tasmania (fide specim. ab ipsiss. Tayl. determ.). — In Tasmania: Fraser et Gunn (a cl. Babingt. benevole commun.), et in Australia (ex hb. Hamp.), et vulgaris ibidem in territorio Gippsland: Webb, F. v. Mueller.

— — v. *tenuis* Müll. Arg. Omnia ut in var. *prolifera*, sed thalli laciniae magis membranaceae et ultimae copiosius crenato-lobulatae. — Hic etiam spectat *Sticta Freycinetii β Delisei* Babingt. Lich. New Zeal. p. 17 quoad specim. subtus tomentosa. — Vera *Sticta Delisea* Del. Stict. p. 94 t. 9 fig. 32, e loco primitivo, sc. île de King (in hb. meo), a planta normali *St. Freycinetii* nullo modo differt nisi apotheciis casu margine grosse lacero-ruptis, sed normalia etiam in eodem specimine adsunt. — Crescit v. *tenuis* in Nova Zelandia: Mossmann (ex hb. Babingt.) et in Australiae austro-orientalis monte Macedon.: Moffat.

— — v. *conjungens* Müll. Arg., laciniae graciles, margine microphyllino-lacinulatae, subtus fere omnino nudatae et praeter pseudocyphellas nigratae, sed hinc inde tamen in partibus centralibus etiam dense pannoso-tomentosae. — Haec optime *St. glabram* Hook. & Tayl. cum *St. Freycinetii* conjungit. — In Novae Hollandiae austro-orientalis territorio Gippsland: Webb, French.

566. *Sticta Richardi* Montgn. (1835) a *St. Billardieri* Del. separanda est. Prior pseudocyphellis pure albis truncato-applanatis gaudet et in Nova Zelandia et Chiloë crescit, posterior autem e copiosis speciminibus e Nova Zelandia, Tasmania et Australia pseudocyphellas ex albido-flavicantes et magis emergentes subthelotremoideas demum vertice plus minusve impressas et indumentum in pagina inferiore fuscum v. fusco-nigricans offert et quoad latitudinem et magnitudinem, colorem et faciem superiorem plus minusve profunde scrobiculato-foveolatam in eodem caespite eximie ludit, ita ut varietates (segregata v. *Richardi*) *Flotowiana*, *cellulifera*, *Billardieri* et *subcyphellata* (sub *St.*

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03547-0026-3

fossulata) non amplius possint distingui. — Hujus synonyma sunt: *St. Flotowiana* Laur. (1827), *St. impressa*, *St. cellulifera* et *St. linearis* Tayl., illius autem *St. carpoloma* Rich. non Del., et *St. divulsa* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847 p. 182 (e specim. ab ipso Tayl. determ.).

567. *Sticta hypoleuca* Müll. Arg. L. B. n. 407 habitu et gonidiis quidem *Stictae* species et de supra visa satis similis est *St. damaecornis* var. *sinuosae*, sed re vera species est angustiloba *Ricasoliae*, valde affinis *R. discolori* et *R. glaberrimae*, at laciniae tantum $2^1/_2$—4 mm. latae, flexuosae, ultimae retuso-2—3-lobae. Spermogonia nonnulla adsunt supra subtusque leviter hemisphaerico-prominentia. Sit ergo *Ricasolia hypoleuca*. — Prima fronte quasi medium tenens inter *St. damaecornem* et *Ricasoliam* discolorem. — In Queensland. — *R. discoloris* sporae caeterum non solum 1-septatae (quales a cl. Nyl. describuntur), sed etiam 3-septatae saepe occurrunt ut in affini javanica *R. Schaereri* et idem etiam valet de brasiliensi *R. glaberrima*. — *Ricasolia* caeterum vix satis a *Sticta* differt.

(Fortsetzung folgt.)

Untersuchungen über den Säftedruck der Pflanzen.

Von **Dr. Carl Kraus** in Triesdorf.

(Fortsetzung.)

Im Uebrigen habe ich es für rathsam gehalten, eine ausführliche Darlegung der einzelnen Versuche ihrem ganzen Verlaufe nach zu geben, um dem Interessenten einen kritischen Einblick zu gewähren, aber auch weil die Mannigfaltigkeit der Erscheinungen für jetzt keine befriedigend umfassende übersichtliche Darstellung gestattet. Es zeigen sich weitgehende Abweichungen bei Versuchsobjekten der nämlichen Art, bei Abschnitten verschiedenen Alters des nämlichen Organs u. s. w. Die Zahl und Ausdehnung der Beobachtungen ist noch nicht gross genug, um zu entscheiden, ob die an einem Objekte beobachteten Erscheinungen und Verschiedenheiten Folge der Art- oder individueller Verschiedenheiten des Alters oder der auf das Wachsthum einwirkenden Ursachen u. s. w. an sich seien, oder blos von mit den ebenbezeichneten und anderen Umstän-

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03547-0027-9

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1883

Band/Volume: 66

Autor(en)/Author(s): Müller J.

Artikel/Article: Lichenologische Beiträge 17-25